



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Eminentissimo Principi Martio Gineto S. R. E. Cardinali Amplissimo S. D. N.
Papae Vicario.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

EMINENTISSIMO PRINCIPI
MARTIO GINETTO
S.R.E. CARDINALI
AMPLISSIMO
S.D.N. PAPAE VICARIO:



IO. CAROLVS ANTONELLVS F.

M IHJ diu cogitanti , quid offerrem tuę
amplitudini dignum, meaque profissioni
congruum , nihil opportunius offeren-
dum occurrit , quam hic Tractatus , in
quo de Ecclesiæ Episcopalis Regimine
agitur . nec una quidem ad id me com-
pulit causa: suasit enim in primis tua erga omnes humanitas,
singularisque sapientia , ac prudentia , qua Vrbis , & Orbis
controversias rectissimè dirimis , atque in rebus arduis per-
tractandis mira dexteritas , stabilisque constantia , qua ius
sum aqua lance uniuicique tribuis . Hinc præclaras animi
tui dotes tum Germania , tum etiam Ferraria , Legationis ,
atque

atque integratistis memores in cœlum efferunt, Romani
præsentes admiratur, totusque Terrarum Orbis te admirabilem in graui iustitiae pondere substinentem Atlantem acclamat. Accedit communis Patriæ in te obseruantia, actua in me benevolentia semper uberrima; vnde hunc meum lucubrationum parvum, veluti pullulans quoddam
mei obsequij germen, ac memoris, & grati animai argumentum tibi omnino debueram consecrare. Quare nunc etiam humanitati indulgeas, atque hoc opus ea, quæ nunquam tibi deest, foueas benignitate. Vale. Velitris, kalen.
Februarij M. DC. L.



10. GASEOSAS ANTIGUAS